

lumen Amphilocho fecit confusum. Solum in quo seratur elapidatum purgatumq; Subigitur autumno: mox aratum & occatum integitur crate iterum & tertio: quinque diebus interpositis & fimo addito. poscit autem siccum succosum uel riguum. Ita præparatum seritur mense maio: alias p. uinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari: internascensq; hærbas excludi. Id præstant in iugera modia uicena: immouendum ne adurat: terraq; protinus integri debet. Si sit humidum solum: hærbosum ne uincitur: & desciscit in pratium. Ideo protinus altitudine unciali hærbis omnibus liberanda est manu potius q; sarculo. Secatur incipiens florere: & quotiens resloruit. Id sexies euenit per annos: cū minimum quater. in semen maturescere prohibendum est: quia pabulum utilius est usq; ad trimatum. Verno feri debet. liberariq; cæteris hærbis: ad trimatum marris a solo radi. Itaq; reliquæ hærbæ intereunt sine ipsius damno propter altitudinem radicum. Si euicerint hærbæ: remedium unicum est aratio sæpius uertendo donec omnes aliæ radices intereant. Dari non ad satietatem debet: ne repellere sanguinem necesse sit: & uiridis utilior est. Arescit sutculose: ac postremo in puluerem inutilem extenuat. De cytiso cui & ipsi principatus datur in pabulis affatim diximus inter fructices. Et nunc frugum omnium natura peragenda est: cuius in parte de uitiis quoq; dicatur.

De uitiis frugū & remedijs: & quid in quoq; terræ genere debeat feri. Cap. xvii.

Primum omnium frumētū uitium auena est: & hordeum in eā degenerat: sicut ipsa frumētū fit i star. Quippe cū germaniæ populi edant eā: neq; alia pulte uiuant. Soli maxie caliq; humore hoc euenit uitium. Sequētem causam habet imbecillitas semini: cum diutius retentū est terra: prius q; erumpat. Eadem est rō si cariosum fuit: cum sereret prima autē statim eruptiōe agnoscitur: ex quo apparet in radice esse cām. Est & aliud ex uicino auenæ uitium: cum amplitudine incohata granum: sed nondum matura: priusq; roboretur corpus aflatu noxio cassum & inane aspica euanescit quodam abortiuo. Venti autem tribus temporibus nocent frumento & ordeo. in flore aut protinus cum defloruere: uel maturescere incipiētibus. Tunc enim exinaniunt grana. Prioribus causis nasci prohibēt. Nocet & sol creber e nube. Nascuntur & uermiculi in radice: cum sementē hymbribus secutis icluserit repentinus calor humorem. Gignunt & in grano: cum spicæ in pluuiis calor inferuescit. Est & cantharis dictus scarabæus paruus frumēta erodens. Omnia ea aialia cum cibo deficiunt. Oleum pix: adeps contraria seminibus. Cauendumq; ne contracta eis tunc seratur. Himber in hærbæ utiis quarto. Florentibus autem frumēto & hordeo nocet. Leguminibus innocuus: præterq; ciceri. Maturescētia frumēta hymbre læduntur: & hordeum magis: nascitur & hærbæ alba panico similis: occupans arua: pecori quoq; mortifera. Nam lollū & tribulum & calduum: lappaq; non minus q; rubum: inter frugū morbos potius q; inter ipsius terræ pestem numerauerim. Cæleste frugum uinearumq; malū nullo minus noxium est rubigo. Frequētissima hæc in roscido tractu: conuallibusq; ac pflatum non habentibus. E diuerso carent ea uentosa & excelsa. Inter uitia segetum & luxuria est: cum onerata fertilitate procubunt. cōe autem omnium satorum uitium urica: etiam ciceris cum salislagine eius abluēdo hyber dulcius id facit. Est hærbæ quæ cicir enecat & eruum circum ligando se: uocatur orobache. Triticum simili modo era: Hordeum festuca quæ uocatur ægilops. Lentem hærbæ securidaca: quæ græci a similitudine pelesinon uocant. Et hæc quidem cōplexu necant. Circa philippos autem ateramnium nominant i pingui solo hærbæ: qua faba necatur. Terrānum qua in macro: cum udam quidam uentus afflauerit. Era granum minimum est in cortice aculeato. Cum est in pane celerrime uertigines facit. A iuntq; in asia & græcia balneatores cū uelint turbam pellere: carbonibus id semen iniicere. Nascitur & phalagius i eruo pestiola aranei generis: si hyems aquosa sit. limaces nascuntur i uitia: aliquādo e terra colchlea minutæ mirū imopū erodētes eā. Et morbi quidē hi sunt. Remedia eorū quæcūq; ptinent ad hærbas in sarculo: & cū semē iactat cinere. Quæ uero in semine & circa radicē consistunt præcedente cura cāuent. Vino aut semina p fusa minus ægrotare existimāt. Virgilius nitro & amurca p fundi iubet fabam: sic et grandescere pmittit. Quidā uero si triduo ante satum urina & aqua maceret. præcipue adulescere putant. Ter quidem sartam modium fractæ e modio solidæ reddere. Reliqua semina cupressifoliis tulsis si misceat: non esse uermiculis obnoxia: nec si inter unio seratur. Multi ad milii remedia: rubetam noctu aruo circūferri iubent priusq; sarrat: defodiq; i medio inclusam uase fictili. ita nec passerem nec uermē nocere: sed eruendā priusq; metatur. alioqui amaræ fieri. Qui & armo talpe cōtacta semina ueriora esse. Democritus sacco hærbæ quæ appellat aizoō in tegulis nascēs tabulifessum latine uero sedum aut Digitellam medicata feri iubet omnia semina. Vulgo uero si dulcedo noceat & uermes radicibus ihæreant: remediū est amurca pura ac sine sale spargere: deinde sarrite. Si in articulum seges ire cœperit rucate: ne hærbæ uincat. pestē a milio atq; panico sturnorū pasere ne agmina scio abigi hærbæ. cuius nomē ē ignotū: in quattuor ægulis segetis defossa mirum dictu ut oīno nulla auis itret. Mures abigitur cinere mustellæ uel fellis diluto & semine sparso: uel decoctarum aqua. Sed redolet uirus animalium eorum etiam in pane. Ob id felle bubulo semina attingi utilius putant. Rubigo quidem maxima segetis pestis lauri ramis in aruo defixis trāsit in earum folia ex aruis. Luxuria segetum castigatur dense peco-

Tantum

tabulis ue
Tabulis
excis